



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte, Societatis Jesu**

**Lamparter, Heinrich**

**Jngolstadii, 1662**

Epistola IV. Alteri Cvidam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43978**

memet supplicio penitus absolvam. Perpende, si placet, ista, & lege ex libello de Contemptu mundi cap. 14. 20. & 34. méque Deo commenda: ille lux tua sit, & robur tuum. Amen. Villagarcia, 10. Febr. 1594.

## EPISTOLA IV.

ALTERI CVIDAM.

PRECATUR LÆTA FFESTA  
PENTECOSTES.

**D**ignetur eam tibi DEVS per hæc festa S. Spiritûs, animi sanctè gestientis lætitiâ indulgere, quantam ego tibi pro meo intere, tuâque studio impensè precor. Hoc tibi velim exploratum persuasumque habeas, me neque sanguinis ac vitæ parciturum meæ, si nolle alio tibi pretio comparari DEVS, quæ modò ex animo precatus sum. Et sanè quid magni darem tandem postquam Dominus, & Servator noster,



noster, ità Sanguinis sui inestimabile pretium obtulit, pro universis, ut neque pro singulis dare recusasset.

Cæterùm memini ternas me tibi misisse, quas velim relegas, & otiosius non nihil inspiciendo, accuratè perpendas earum singula; neque enim prolixiores scribere vacat modò. Has tamen expedire placuit animi mei testes, quòd spiritualiù calamitatum tuarum memoria nondum deflexerit: ijs porrò mideri placeat ei, qui, ut immisit illas in tuum commodum DEVS, ità solus potest avocare. Versor in Palatio Ducissæ de Ozuna, cum amplissima, quam impetravit facultate, me quamdiu placuerit, secum retinendi: ut adeò quando discedere possim, planè ignorè. Valeo commodè. Scio tempus mutationum apud nos consuetarum jam esse: eaque re nescio, in Valligarcien-



statione mea, vel quonam alio in,  
 officio sim futurus. Vtinam illud  
 obtingat, quod divinis obsequijs  
 magis erit idoneum; id, quod mihi,  
 tibi que unice precor. Cuellaris  
 21. Jun. 1549.

EPISTOLA V.

*AD DOMINAM FRANCISCAM  
 VELEZ DE LA PENNA.*

DE SIGNIS PERFECTI  
 AMORIS DEI.

**G**ratia & amor DEI nostri sit  
 semper in anima tua, & habi-  
 tet in ea DEVS placidissime, velut  
 in Domo sua, occupans memo-  
 riam sanctis cogitationibus, intel-  
 lectum divinâ luce collustrans, in-  
 flammans denique voluntatem  
 cœlestium desideriorum incendiorum  
 ut jam neque intelligere aliud al-  
 lubescat, aut desiderare, præter unum  
 illum optimum maximum, Domi-  
 num, & Patrem nostrum, & ea, que  
 huic